

Danorum Kanutus veneno. Anno Domini
 1199. obsedit Imperator Philippus Brunswic
 nec vicit eam. Eodem anno Dux Waldemarus
 voluit totam terram Nordalbingorum addere, corona
~~Nordalbingorum~~ Danorum; ideo anno 1209. vi-
 -cit Hamborch Zegeberch et Raiborch et cepit
 comitem Adolphum et factus est Rex Danorum
 post mortem Kanuti patris sui Et subiecit sibi Lu-
 -bice: Kalend. Septembris, datis tamen eis litteris
 quod uterentur privilegijs prioribus et hoc Anno
 Domini 1209.

Cap. 36.

Non longe post liberatur comes Adolphus ob id
 presentata est Regi domus in Lovenborch. Et circa
 idem tempus edificata est in Livonia civitas Regis
 Anno Domini 1204. coepit idem Rex Ortneborch
 trans Albeam destruxitq; idem et postea filiam
 Regis Bohemie Margaretham duxit uxorem. Anno
 Domini 1211 obtinuit Rex Danorum Wolmarus Insu-
 -liam et multas terras a Duce de Stettyn et readificavit
 Demmyn. Anno Domini 1218. Rex Wolmarus
 igne consumvit multas terras circa Radis in hyeme
 valida et Hamborch etiam obtinuit una cum Comite
 Alberto, et proximo anno edificavit idem comes jussu
 Regis